



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

37. Interveniens, an causam ad suum forum trahere possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

ois, Franc. d. cap. dilectis num. 5. ubi Innoc. n. 2. Bald. d. §. injuria n. 3. Quæ distinctio non
 modo locum sibi vendicat in prima instantia, verum etiam in causis appellationum,
 quilibet enim pro suo interesse appellare potest. *tex. ca. cum super de re judic. §. l. sepe*
ff. eod. Gaill. lib. 1. obs. 122. ac appellationi per alium interpositæ adhaerere, d. cap. dilectis
ubi Innocent. num. 2. Franc. num. 5. Spec. de appellat. §. 1. num. 15. DD. d. l. sepe §. d. cap.
cum super Guid. g. 464. Gaill. lib. 1. obs. 125. §. obser. 70. num. 1. §. 4.
 Postremo de interventione, quæ fit animo novandi seu mutandi iudicium, videat
 tur doctè Castrensis id doctè examinans, in l. solutionem nu. 2. §. 3. ff. de solui. §. ego in
 fra qu. seq. num. 12. §. seqq.

Q U Æ S T I O XXXVII.

Intervenies, an causam ad suum forum trahere possit.

S U M M A R I U M.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. Intervenire oportet coram iudice præ-
 vento. 2. 6. Clericus defendens, an trahit causam
 ad suum forum. 3. Intervenies non potest declinare iudi-
 cem ex sua persona, secus ex persona
 conveni. 4. Fiscus interveniens, trahit causam ad
 suum forum. 5. Argumentatio valet ab habentibus spe-
 ciales iudices, ad exemptos. 7. Procurator in rem suam utitur propriis
 exceptionibus. 8. Intervenies recusat iudicem. 9. Censuales exemptorum non sunt ex-
 empti. 10. Quid de famulis, Mercenariis, Colonis. 11. Interventio duplex. 12. Altera per quam adssit ut tantum litis, | <ol style="list-style-type: none"> altera vero qua litigans à iudicio libera-
 tur. Et in intervenientem transfunditur. 15. Priori sententia ferenda est in partem ori-
 ginalem principalem limita ut n. 23. 16. Posteriori sententia ferenda est in ipsum
 intervenientem. 17-18. Per interventionem prioris speciei, cau-
 non retrahitur ad forum intervenientis,
 secus per secundam. 19. Cautela ut fidejussor exempti exemptione
 gaudeat. 20. Posteriori interventione quis sit Dominus
 litis. 21. Cautela est ut protestatio omittatur non
 admittenda interventionis. (tenda. 14. 22. Interventio necessario ne sit admit- 23. Curialis habens interesse ad causam, ap-
 pellans à sententia in partibus, causam
 ad curiam trahere potest. |
|--|---|

IN hoc articulo videntur pugnantes sententiæ, & quidem pro negativa expressi
 textus, qui enim intervenit ad defendendum, non potest allegare privilegium
 hui

- sui iudicis, sed debet defendere coram iudice prævento. *lex. l. venditor ff. de iudic. lex. l. 1. C. ubi in rem actio.*
2. Secundo, Clericus cui lis est denunciata ad defensionem accedens, trahere non potest causam ad forum suum, sed debet defendere & stare sub iudice Laico, qui præventus fuit. *Bald. & DD. d. l. venditor, Abb. cap. ult. de empt. & vendit. cap. quomodo frequenter §. in alius nu. 18. ut lites non contestata. Anchar. cap. ea quæst. 17. de reg. jur. in 6. Covarr. pract. quæst. cap. 8. num. 3. Ausier. ad Capell. Tholos. Decis. 360. Rebuff. de dilat. art. 4. glo. unica nu. 1. Caballan. de evict. §. 3. num. 11. Fachinens lib. 2. Controv. cap. 37. ubi dicitur esse communem. Idem videtur statuendum in Exemptis propter Analogiam de qua hæctenus frequenter meminimus.*
3. Tertio, quis interveniens non potest ex persona sua forum declinare, *latè Gaill. lib. 1. obs. 71. num. 2. & seq. Undè licet Camera rationalia sit iudex competens in causis concernentibus bona Principis, si tamen procurator Principis conveniretur ad garandisandum, debet assistere liti coram iudice quo Reus vocatus est. Thessaurus Ped. dec. 213. ubi id na conclusit.*
4. Pro affirmativa autem non delunt plurimæ auctoritates, & quidem imprimis fisci superveniens ad defensionem alterius, causam trahit ad suum iudicem quem habet specialem, ex quo ab aliis iudicibus est exemptus. *l. ad fiscum C. ubi causa fiscalis l. 3. ubi glo. & DD. C. de iure fisci lib. 10. Castren. d. l. venditor latè Capicium Decis. 197. Rebuff. de dilat. art. 4. glo. unica. num. 9. d. 1. & 2. C. si advers. fiscum Caballan. d. §. 3. quæst. 3. num. 124. Idem videtur censendum in Exemptis, quippe quod habeant etiam speciales suos iudices.*
5. Procedit etiam argumentum ab habentibus iudices speciales ad Exemptos, ut de Vasallis Clericis, Scholasticis, aliisque ejusmodi dictum est supra *lib. 1. quæst. 45. n. 5.* Secundo, quod de Clerico argumentum est allatum, non est planè expeditum, sunt enim non pauci qui existimant Clericum denunciatum ut assistat causæ, trahere posse causam ad suum iudicem Ecclesiasticum, *glo. cap. nullus Clericum in 1. qu. 1. Spec. de 1. & 2. decreto §. restat. vers. quid si Dominus. n. 24. Imol. in l. non solum §. quod vult. go ff. de usucap. Jo. de Platen d. l. 3. c. de iure fisci lib. 10. Aret. §. actionum nu. 19. in st. de act. & latissimè in rub. inst. de except. num. 17. Jo. de Arnovo sing. 69. & d. l. venditor, dicens quod ita servetur de consuetudine. Jo. Faber. §. fin. nu. 7. inst. de satisfact.*
7. Tertio, interveniens venit tanquam procurator in rem suam & pro suo interesse cuiusmodi potest beneficium seu privilegium aut exceptiones ex sua persona competentes allegare. *l. Procurator ad exhibendum §. 1. ubi glo. & add. Marg. Barb. & DD. ff. rem ratam haberi l. idemque §. generaliter ff. mandati. latissimè Barib. disputatio- ne secunda.*
8. Quarto, interveniens potest quodcumque ex persona sua iudicem recusare tanquam suspectum, aliasque exceptiones dilatorias opponere. *Angel. si quis liber- tatem*

etiam n. 2. de petit. hered. Abb. cap. Cum super nu. 2. de offic. deleg. Afflic. decis. 235. in fine. Vani. de nullit. sent. iij. quis possit dicere de nullitate nu. 20.

Pro solutione præmittendum primò, censuales exemptorum aliosque homines eorum proprios non esse exemptos, nec Papam eos habere pro exemptis. Franc. d. cap. auctoritate §. in hibemus de privileg. in 6.

Quid autem de familiaribus exemptorum, famulis, mercenariis, adscriptitiis Colonis tradunt alibi Doctores, & dictum est à me supra. Franc. cap. licet de privileg. in 6. num. 2. §. 3. glo. cap. penult. eod. in decretalib. in Clem. 1. de relig. §. vener. sanct. Gail. sermarius nu. 1. C. de testam. milit. in l. servi electione §. labeo n. 8. §. 9. ff. de leg. 1. in l. 1. ff. de constit. Imber. inst. Foren. lib. 1. cap. 28. glo. ver. ministeriales vide supra lib. 1. cap. 30 dicit infra lib. 4. quest. 38.

Præmittit secundò, dupliciter sumi interventionem, quantum ad hanc quæstionem attinet, primò quando tertius adest adfuitque causæ, ad eam una cum principali instruendam defendendamve, quod fit, quando utriusque interest tam litigantis scilicet, quam tertii: tum enim tertius ille si vult, potest adfuitere causæ, eamque instruere. l. Principaliorum ubi Bald. §. DD. C. de liberali causa. Innocent. cap. Cum super num. 3. §. 6. ubi Butrio §. Abbas num. 29. Felin. nu. 16. de re iudicata. Barb. l. si pro lusorio §. 1. nu. 1. ff. de appell. Gaill. lib. 1. in obser. 70. nu. 19. vers. 2. Vide Castren. l. solutionum num. 1. §. 2. §. 3. ff. de solut. ubi succinctorie doctè Mandanus tract. de continentia causæ cap. 8. num. 17. ubi ad explicatur fol. 153.

Secundò, quando tertius remoto litigatore intervenit, ac omnem causam animo novandi in se suscepit, quod fit, cum causâ principaliter concernit intervenientem, dicitur autem ad eum principaliter pertinere, cuius primo omnium maxime interest, quæ interventio necessariò admitti debet. l. sepe de re jud. l. ita tamen §. nunc videmus, ff. judic. solvi. 70. Wames. cons. 155, nu. 9. to. 1. vide infra nu. 21. Secundariò vero ad eum, qui per quandam consequentiam lædi posset. Bald. d. l. Principaliorum in pr. l. Turia. ff. sol. matr. d. l. sepe Barb. si pro lusorio Gaill. d. obser. 70. num. 15. §. obs. 126. num. 2. DD. d. cap. cum super. Inter utramque speciem hæc differentia est, quod priori sententia diffinitiva sit ferenda non in tertium intervenientem, sed in partem principalem. Innocent. d. cap. Cum super num. 3. §. 6. ubi Anton. de Butrio num. 20. Abb. n. 8. de re iudic. Bald. auct. hodie nu. 6. C. de appellat. Gaill. lib. 1. obs. 122. num. 8. Posteriore verò, quando tertius principaliter intervenit pro suo interesse & causam prosequitur, verba sententiæ dirigenda sunt in illum tertium, & pronunciatum secundum formam petitionis. DD. ubi supra §. Butrio num. 20. Gaill. d. num. 8.

His præmissis, responderetur ad quæstionem cum distinctione, aut enim exemptus adfuit tantum litigatori, defenditque eum hoc pacto iudicio interveniedo, quod in persona alterius substantiatur, eo casu intervenire debet & defendere non coram privilegiatio suo iudice, sed coram ordinario seu prævento, & ita procedit

cedit lex venditor de iudiciis. *Abb. d. cap. fin. de empt. & vendit. Afflic. decis. 277. Nat. Conf. 324. Costatus d. l. venditor ubi ita distinguit.*

18 Aut verò iudicium substantiatur & radicatur in persona exempti intervenientis secundo quo diximus modo, tunc is in persona sua declinare poterit & causam revocare ad suum forum. *Angel. d. n. 17. Aufret. ad Capel. Theolof. decis. 360. vers. secus ubi Laicus. Caballinus d. §. 3. num. 121. Joan. Faber. d. §. fin. num. 7. Institut. de satisfact. Socin. Jun. conf. 66. num. 5. part. 1. ubi dicit, quod si Colonus nominet suum Dominum, quod ad se sequi debeat iudicem Domini. Caroc. tractat. de locato part. 2. tit. de nominationibus ubi idem concludit, text. gloss. & DD. cap. auctoritate, §. inhibemus de privileg. num. 6. Calvacanus parte prima decis. 8. num. 16. Rimwald. Conf. 576. volum. 4. late Decianus conf. 18. num. 6. & seqq. vol. 3. eleg. Mandatus de contin. causa. cap. 8. articul. 17. fol. 153. Ratio est, quia ejusmodi interveniens comparere velut procurator in rem suam, qui exceptiones ex persona sua competentes obicere potest. Procurator ad exhibendum §. 1. ubi DD. ff. rem ratam haberi. Unde possessor aut colonus conventus si in iudicio nominet Clericum aut exemptum, causa retrahetur ad Episcopum vel iudicem exemptorum, late id probat Aufret. d. decis. 360. vers. Secus ubi Laicus possessor, Caball. ubi supra & Socin.*

Hinc dixit Molina, quod licet privilegia debitorum sint personalia, neque fidei iussori competant. *l. verum ff. pro socio l. et si fidei iussor. L. ne senius ff. de re iudic. unde supra l. 1. quest. 47. num. 4.* Si tamen fidei iussor hoc consilio utatur ut tanquam defensor necessarius principalis debitoris iudicium loco & nomine illius suscipiat, privilegium illius in ipsum redundabit. *Doctè Molina de iustitia & iure tom. 2. disput. 413. vers. quamvis hoc. fol. 735. Mandatus ad d. l. verum §. item videndum fol. 49. quod consilium tamen Raphaeli Cumano non placuit. l. et si fidei iussor ff. de re iud. Mandatus d. §. idem videndum in fin. fol. 49.*

20 Ratio secunda, quia per istam speciem interventionis fit quis Dominus litis suscepto in se hoc pacto iudicio animo novandi, reo originali ipso jure à lite liberato, *gloss. l. non solum circa finem magna gloss. ff. de procurat. Barth. in suis disputat. questio. 1. vers. solutio numer. primo, Castrens. dict. l. venditor. numero sexto, doctissime Castrens. l. 1. C. ubi in rem actio. Unde inolevit bona praxis laudata per Hieronym. Cagnolam, ut pars protestetur se nolle admittere interventionem animo novandi iudicium. Cagnol. in d. l. venditor per l. si mandato meo §. 1. ff. Mand. Nat. conf. 630. dubio secundo. Aret. l. à sententia colum. 3. ff. de appellat. Caball. d. §. 3. numer. 120.*

22 An autem, & quando ejusmodi interventionis species animo novandi fit invita, parte admittenda, sunt glossæ, ut est videre apud Castrensem contratiæ, *d. l. venditor num. 6.* Paucis Bartholus hunc articulum accuratè examinat & dissolvit, ad quem recurrit poterit. *d. l. si pro iussorio §. 1. num. 1. & seq. ff. de appellat. & a sua disputatione 2. verb.*

verb. solutio numer. 1. & seq. Faber. §. fin. institut. de satisfact. & doct. Castrenf. d. l. i. 22
quem vide.

Quod autem supra dictum est, in priori interventionis specie declinatoriam obijci non posse, fallit, si ea obijciatur ex persona rei conventi, tertius enim pro jure & interesse suo ad defensionem causae comparens, potest etiam post litem contestatam declinatoriam obijcere ex persona conventi, quam conventus vel noluit proponere, vel neglexit, Innoc. cap. Capitulum sanctae Crucis numer. 5. de rescript. Rom. sing. 630. ubi Apost. Rom. Conf. 347. Gasll. lib. 1. obser. 7. num. 3.

Deinde, quod curialis habens interesse ad causam, appellans à sententia in partibus, causam ad curiam trahere possit, tradit Joannes Baptista Marchesanus De commissionibus parte secunda, cap. 6. num. 65. Quid autem in fidejussore scholaris, an is gaudeat privilegio scholaris pro quo fidejussit, consule Wamelium laudatissimae eruditionis virum, meum quondam in Academia Lovaniensi Doctorem commisit. 357. num. 3. tom. 2. qui respondit non gaudere: imo ne quidem scholarem posse suo privilegio causam ipsius fidejussoris institutam avertere seu divertere à competente iudice fidejussoris ad suum iudicem: quibus potè rationibus apud illum videto.

QUESTIO XXXVIII.

Ordinarius coram quo res fuit evicta, poteritne cognoscere circa interesse in emptorem & exemptum venditorem, cui lis fuerat denunciata?

Videatur quod sic: quia interesse illud venit in consequentiam primae litis arg. l. cum vendente ubi Castrenf. C. ubi causa fiscales.

Contrarium tamen non habetur receptum est. Siquidem id non procedit in Clerico venditore, cuius respectu non habetur ratio dictae sequelae seu consequentiae talis litis, lex enim erubescit ex hac sequela eum iudicem facere, quem Clericus seu alius quispian Exemptus non posset eligere. Cagnol. d. l. venditor Angel. l. qui absente de procurat. Id quod in quibusvis aliis qui fori privilegio renuntiare non possunt, receptum est, Castrenf. l. i. C. ubi in rem actio. Caballin. de Evict.

§. 3. quest. 4. nu. 130. eo enim in casu iudex causae preparantis non potest esse iudex causae preparatae, dixi supra lib. 1. quest. 26.

numer. 27. & lib. 2. qu. 4. num. 10.

laic Cachet.

Dec. 78.

Co 1.

QVA-